

526

*Acta Apostolicae Sedis - Commentarium Officiale***ACTA COMMISSIONUM****PONTIFICIA COMMISSIO
DECRETIS CONCILII VATICANI II
INTERPRETANDIS****Responsum ad propositum dubium**

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondentum esse censuerunt ut infra :

D. -- Utrum, iuxta Constitutionem Apostolicam *Divinae Consortium Naturae*, die 15 augusti 1971 publici iuris factam, minister Confirmationis manum extensam super caput confirmandi imponere debeat gestum chrismationis peragendo, an sufficiat chrismatio cum pollice facta.

R. -- Ad primum : *negative*; ad secundum : *affirmative* ad mentem : mens est : chrismatio ita peracta manus impositionem sufficienter manifestat.

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 9 iunii 1972 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*